eſt ad miſſam miniſtrare.

V Quid ſi miniſtrās aliqua cauſa vel occaſione re/
cedat de altari dimitēdo celebrantē ſolū:reuer/
ſurus tamen. Utrū celebrās debeat ꝓcedere in
miſſa:vel ceſſare donec miniſtrans redeat.

Sol. Procedere debet quouſq; aliq̄d occurrat ī quo
indigeat miniſterio miniſtrantis.

VI Quid ſi miniſtrans recedens nō reuertat.

Dubiū Sol. Sacerdos celebrās neceſſitati cōpulſus: vicem
miniſtrantis ſuppleat.

VII Quid de ſacerdote incluſo vel heremita ⁊ ſolita
rio: An ſcʒ ſolus celebrare poſſit.

Sol. Si ei non ſuffragetur copia miniſtrantis:ſolus
celebrare poteſt:alias ſecꝰ: vt notat ī glo.circa
ſolutionē quarti dubij p̄cedentis allegata.

VIII Quid ſi quis omittat aliquid p̄dictorū.

Sol. Quis cōſecret:ſcienter tamē vel ex ignorantia
craſſa omittēs:grauiter peccat:vt etiā circa ſu/
periora dictū eſt.

## Capitulū VI de dubijs que occurrunt in cerimonijs cōſuetis et obſeruandis in miſſa et circa eam:tam in agendis q̄ in dicendis:tres includens articulos.

Arti.I. Reſoluens X dubia q̄ oriunt circa agenda et dicenda
ante miſſam.

Dubiū I Utrū celebraturꝰ miſſam: aliq̄d ſpecialiter agere
debeat ante miſſam.

Sol. Sic:cū eñ omne quod agere intendimꝰ per ſtu/
dium cōſiderationis p̄uenire debeamꝰ:vt ſic ad
id quod agendū eſt preparemur: maxime decet
vt fiat circa hoc digniſſimū officiū:ne q̇ſ inp̄pa
ratus accedēs: iudiciū ſibi manducet ⁊ bibat.

Prerequirit itaq; debita ac ſufficiens prepa
ratio ſacerdotis:qua ita efficiat diſpoſitꝰ et ido

neus : vt digne ad celebrandũ poſſit accedere . Vñ ⁊ ſcriptũ ē: Ante orationē p̄para aīam tuā . Eccl.[illegible]

II In quo cõſiſtat debita et ſufficiēs preparatio ſacerdotis celebraturi .

Sol. Preparatio illa cõſiſtit in debita et ſufficiēti cõſcientie mundificatione et adornatiõe: que p̄requirunt debitã ſuijpſiꝰ ꝓbationē: id eſt: diligentem cõſcientie ſue examinationē: ſm ꝙ apoſtolꝰ Corinthios monet ita ſcribens: Probet autẽ ſeipſum homo. ⁊c. I.Cor.II.

Et ita ex toto tria ĩ genere req̄runtur ad debitã ſufficientem et dignam preparationem: ſcilicet . probatio. purgatio. adornatio. cõſcie.

III Qualiter: et in quibꝰ quis ſeipſum ꝓbare et examinare debeat .

Sol. Primo ⁊ ante omnia debet cum diligentia conſcientiã ſuam diſcutere et examinare : preſertim a ꝓxima cõfeſſione debite facta. Si interea ne inciderit in excõmunicationē: irregularitatē vel ſuſpenſionem: aut aliquid aliud huiuſmodi impedimentũ . Secundo : diligenter ꝓſpicere debet ſi ne interea aliqua mala p̄cipue mortalia cõmiſerit. Si ne aliqua bona ad que obligatur omiſerit: vel negligenter ꝑſoluerit .

Tertio ſi aliqua huiuſmodi inuenerit : an ex toto corde de iſtis doleat: et ea ꝓpter deũ quem offendit deteſtet̃. Quarto: an habeat firmũ ꝓpoſitũ emẽdandi vitã ſuam: ⁊ ab omnibꝰ mortalibꝰ cauendi in futuꝝ ꝓpter deũ . Quinto : an intendat omnia cõfiteri ante acceſſum ad celebrationē: et iuxta arbitrium cõfeſſoris pro eis ſatiſfacere. Sexto: vtꝝ habeat rectã fidē cum debita intentionē et conatu ad debite et deuote celebrandũ. Septimo: an debitã diligentiã ĩ diſcuſſiõe ⁊ examinatiõe p̄dictoꝝ adhibuerit.

Hec diligenter animaduertant ſacerdotes cõ

Nota

cubinarij:luſores:crapuloſi:ebꝛioſi:et alij cõſi/
miles in damnabili ſtatu viuentes. Penſentqꝫ
ſtudioſe qualit̃ ad celebꝛandũ accedant: et que
eos vltio diuina expectet.

IIII Quanta requirat̃ diligentia in examinatiõe pꝛe
dicta: vt ſufficiens reputet̃ et debita.

Sol. Tanta requirit̃: q̃tã q̃s faceret in magno et ar/
duo negotio: ꝓ magna ꝛ ardua re lucrãda: aut
graui incomodo vitando: iuxta poſſibilitatem
humane fragilitatis. Unde ſi quis huiuſmõi
diligentiã in cõſcientie ſue examinatione nõ fe/
cerit: indigne ad iſtius ſacramenti celebꝛationẽ
atqꝫ ſumptionẽ accedit: qꝛ imp̃parat⁹: ꝛ ita do/
minici coꝛpoꝛis et ſanguinis reus iudicabit̃.

V Quõ poſſit quis eſſe aut fieri cert⁹ ꝙ debitã ꝛ ſuf
ficientẽ diligentiã in p̃tacta diſcuſſione fecerit.

Dubiũ Sol. Ex quo hic nõ requirit̃ euidẽs certitudo: cũ illa
abſqꝫ diuina reuelatione haberi nõ poſſit: ſꝫ exi/
gitur ſolũ certitudo moꝛalis ſiue ciuilis ſicut in
alijs agibilib⁹ humanis: poteſt quis ex ꝓbabi/
lib⁹ cõiecturis poſt examinationẽ de debita di/
ligentia factam: ſatis ſcire et certus eſſe: an de/
bitam diligentiã fecerit vel nõ fecerit in diſcuſ/
ſione pꝛecedentiũ: et hoc ſufficit: quemadmodũ
etiam dictũ eſt ſupꝛa capitulo.ij. articulo.iij. de
certitudine eſſendi abſqꝫ peccato moꝛtali.

VI In quo cõſiſtat debita et ſufficiẽs cõſcientie pur
gatio.

Sol. Talis ꝯſiſtit poſt debitã examinationẽ factã in
peccatoꝝ p̃ſertim moꝛtaliũ et alioꝝ impedimen
toꝝ ſi que per diſcuſſionẽ inuẽta fuerint: totali
et omnimoda remotione vel expulſione. Ad
quã expulſionẽ tria p̃cipue requirunt̃. Pꝛi/
mũ: eſt vera et perfecta cõtritio et peccatoꝝ de/
teſtatio: per quã quis deo quẽ offendit recõci/
liat̃. Secundum eſt pura et integra confeſſio.
Tertiũ: eſt recta ac debita abſolutio. Non

em̄ ſufficit ꝙ accedens ad celebrandū ſit per cōtritionē recōciliat⁹ deo : ſed exigit ꝙ etiā ſit recōciliatus eccleſie: vt digne ſuſcipiat ſacramētū vnitatis eccleſie : quod fit ꝑ abſolutionē : q̄ p̄requirit ꝯfeſſionē. Et ideo ſi quis poſt mortale cōmiſſum: q̄ſtumcūq̧ cōtrit⁹ fuerit : accedat ad celebrandū abſq̧ cōfeſſione ⁊ abſolutione: mortaliter peccat: niſi occurrat caſus q̄ in dubio ſequenti tanget̄.

VII Quid agendum ſi quis nō poſſit habere copiam confeſſoris.

Sol. Si poſſit abſq̧ ſcādalo differre celebrationē differat quouſq̧ habuerit confeſſorē. Si vero imineat ſcandalū niſi ſtatim celebret: tunc cū debita cōtritione et volūtate ꝯfitendi tempore oportuno celebret: vt ſcandalū euitet̄. Si tamē ex negligētia ſua deſit cōfeſſor: quē habere potuiſſet ſi debitā diligētiā feciſſet: ſpecialit̄ peniteat.

ubiū

VIII Quib⁹ ornamētis ꝯſciētia celebraturi debeat eē adornata: vt digne et debite poſſit celebrare.

Sol. Neceſſariū ē vt digne celebratur⁹ accedat ornatus recta fide: debita intentione: et ſufficiēti conatu ad debite reuerent̄ ⁊ digne celebrandum.

Decens eſt etiā vt decorat⁹ ſit hnmilitate: caſtitate: iuſticia : ⁊ ceteris virtutib⁹ q̄ per veſtes ſacerdotales ſignificant̄.

IX Utrū celebratur⁹ teneat̄ dicere horas canonicas ante miſſe celebrationē.

Sol. Talis ad min⁹ dicere tenet̄ ante celebrationem matutinas: alioq̄n mortalit̄ peccat. Ad alias autē horas canonicas non tenet̄ an̄ miſſam ſub peccato mortali : niſi aliqua ſpecialis cōſtitutio vel approbata conſuetudo eum ad hoc obliget.

Nihilomin⁹ ꝯgruū videt̄ vt etiā p̄me ante celebrationē dicant̄. In ceteris attendenda eſt cōſuetudo eccleſie cathedralis vel regiōis: cui⁹ eſt pars vel ſubditus.

**Dubiū X** Vtꝝ ſint aliqua alia ſpecialiter dicenda vel agenda ante miſſe inceptionē a celebraturo.

Sol. In hoc attēdenda eſt cōſuetudo dioceſis vel religionis ſue: ſm quam ſi aliqua alia p̄mittant q̄ ad decentiā: reuerentiā ⁊ deuotionē deſeruiāt: decet vt ita obſeruet. Unde vbi cōſuetū eſt vt dicant iſti pſalmi: Q̄ʒ dilecta: Benedixiſti: Inclina: Credidi: et De ꝓfundis: cum quibuſdam p̄cibꝰ ⁊ collect. Uel etiā q̄dā pſalmi ⁊ orōnes ad lotionē manuū et indutionē ſacrarum veſtiū ⁊ ad acceſſum ad altare: nō ſunt iſta a celebraturo omittenda vel ꝯtēnenda. Solet etiam premitti cōfeſſio generalis publica et oſculatio altaris: apud quoſdam thurificatio: p̄cipue ante miſſas ſolēnes: que ſuo mō etiā ſunt obſuāda.

**Ar. II.** Reſoluēs XIIII dubia occurrētia circa dicēda ⁊ agenda in miſſa: modūqꝫ dicendi atqꝫ agendi.

I Que ſint dicenda et agenda in miſſa et quō.

Sol. Generaliter illa dicenda et agēda ſunt: et eo mō que ⁊ ſm quod ordinatio ac cōſuetudo dioceſis vel religionis celebrantis obſeruat.

II Vtꝝ ſacerdos in miſſa debeat vel poſſit aliquid aliud dicere q̄ʒ in libro miſſali cōtinet.

**Dubiū** Sol. Magis expedit ꝙ nihil aliud dicat: poteſt tamē cogitare aliqua deuotionē excitantia. Si igit affectū habeat ad aliqua dicēda: ꝑtranſeat illa cogitando atqꝫ meditando.

III Vtꝝ verba canonis debeant dici ſecrete: ſicut et orationes in miſſa que ſecrete vocant.

Sol. Sic: ꝓpter multas cauſas: q̄s nō op eſt recitare.

IIII Vtꝝ cetera p̄ter canonē et ſecretā vel ſecretas: ſi pl'es accipiāt: debeāt alta ⁊ audibili voce dici.

Sol. Ita expedit fieri: Non em̄ abſqꝫ cauſa rationabili eccleſia fecit diſtinctionē inter canonem et alia dicenda: per hoc nāqꝫ excitant ⁊ edificant aſtātes. Si tū ſolus miniſtrans aſtet: qui fortaſſis (vt apud quoſdam religioſos conſuetum

eſt) poſtea ſit celebraturus: et ſub miniſtratione ſe aliqualiter recolligat meditando: non videt hac de cauſa neceſſariū: debet tamē nihilominus cōſuetudo loci obſeruari.

V Utrum in memorijs viuorū et mortuorū: debeat aliquorum fieri nominatio.

Sol. Nō eſt neceſſe. Si tamē celebrās ex nominatiōe eorum ſentiat deuotionē augeri: poterit nomiare: cauendo nihilominus plixitatē pter aſtantes.

VI Utrum ſacerdos cupiēs aliquorum nominatim habere memoriā: poſſit ante celebrationē hoc facere.

Sol. Expedit vt ita faciat: pſerti ſi publice et corā multis ſit celebraturus: vel ſi multorum nominatim memoriā habere velit. Sicut etiā expedit vt celebraturus habens deſideriū dicendi vel meditādi alia ſpecialia pro deuotiōe maiori excitanda circa ſumptionē ſacramenti: hoc faciat ante celebrationē: vel etiā ſb celebratiōe ſi miſſa in notis cantet: et tempus aptū ad hoc habeat.

VII Utrum requirat attentio celebrantis circa dicenda et agenda.

Dub. Sol. Quemadmodū nō neceſſario requirit actualis intētio: vt ſuperius capitulo.iij.articulo.iij. circa reſolutiōez tertij dubij dictū ē: Ita etiā nō neceſſario requirit actualis et cōtinua attentio: virtualis tamen ſemp eſt neceſſaria. Eſt autē virtualis attētio: virtus quedā relicta ex actuali attentione puia: et intentiōe ſiue pposito perſeuerandi in tali attentiōe actuali. Et hec etiā ſufficit: Niſi interrūpat per actualē attentionē ſibi cōtrariā: ſiue voluntariā cōuerſionē vel euagationē ad alia. Uerūtamē ſtudioſam diligētiam adhibere debet celebrans: vt actualem attentionē retineat: et ne ad alia diſtrahat: qm ſi quis debitā diligentiā nō adhibeat: a peccato nō poteſt excuſari.

VIII Utrum ad debite et digne celebrandū: requirat de

uotio in celebrante.
Sol. Deuotio duobꝰ modis poteſt accipi. Primo: pro
voluntate prompte tradendi ſe ex dilectione ad ea que
pertinent ad dei famulatū. Secūdo: ꝓ feruore dilec/
tionis: quo mens cū quadam ſuauitate ⁊ delectatione
eleuať ad deū. Et ſm vtrūqꝫ modū duplex poteſt eē̄
deuotio. Quedā em̄ eſt actualis: quādo ſcꝫ actualiter
voluntas ꝓmpte ſe tradit diuino obſequio: vel mens
actualiter feruet in dilectione. Alia eſt virtualis: vt cū
ex actuali et p̄uia deuotiōe: relinquiť quedā virtꝰ q̃ ad
actus ſequentes cōcurrit. Circa actualem deuotionē
duo ſunt cōſideranda: ſcꝫ deuotio ipſa: et conatꝰ ad ac/
quirendū eam. Circa officiū etiā miſſe duo attenden
da ſunt: ſcꝫ miſſe celebratio: ⁊ ad celebrādū debita pre/
paratio. Sacerdos itaqꝫ celebraturꝰ in preparatiōe
circa examinationē et ꝓbationē ſuijpſiꝰ: teneť habere
deuotionē p̄mo modo dictā actualiter: hominis em̄ eſt
preparare animū. De hac deuotione videť eſſe intel
ligenda gloſa. j. Cor. xj. dicēs: Indignꝰ eſt: qui nō de/
uota mente accedit ad euchariſtiā. Ad deuotionem
vo ſecundo modo dictam actualiter habendam nō te/
netur. Ille em̄ feruor dilectōis a domino gratuite dať.
Unde aliquādo deſideratꝰ dari: denegať: vel datus:
ſubtrahiť alicui: ſm ꝙ diſpoſitio eius mereť: vel ſaluti
ſue dominꝰ nouit expedire. Uerūtamē celebraturus
teneť toto conatu illū feruorē deſiderare: et poſſibilem
diligentiā adhibere: faciendo totū quod in ſe eſt vt ſi/
bi detur: nitendo omnē teporem: diſtractionē et eua/
gationē mentis expellere: et ſi aliq̇d huiuſmodi occur/
rat: deliberate nō tenere: hoc em̄ faciendo: nō cēſeť in/
dignꝰ ſed ſufficienť deuotꝰ accedere. Unde ſi ꝓtunc il/
le feruor ei nō detur: nō debet ꝓpter hoc a celebratione
abſtinere: ſed abſqꝫ ſcrupulo celebrare. In ipſa autē
celebratione non requiriť de neceſſitate deuotio actua
lis p̄mo modo accepta: ſed ſufficit et etiā requiriť vir/
tualis ex actuali p̄cedente relicta. Licet etiā nō req̇/
rať actualis deuotio ſcd̃o mō dicta: eo ꝙ nō eſt ī libera

poteſtate noſtra: requirit tamē et ſufficit deſideriū cū poſſibili conatu actuali ad acq̃rendū illam deuotionē: ita ꝙ celebrans faciat quod in ſe eſt: cor ſurſum eleuando: put ⁊ ip̃e aſtātes excitat et hortat cū dicit: Surſuz corda. Circa quod dicit Ciprian⁹ papa: vt habet de cōſe. di. j. qū. Ideo ſacerdos p̃fatione pmiſſa parat fratrū mētes dicēdo: Surſū corda: vt dū reſpōdet plebs: Habem⁹ ad dn̄m: admoneat nihil ſe aliud ꝙ̃ dn̄m cogitare debere. Claudat ꝯtra aduerſariū pect⁹: ⁊ ſoli deo pateat: nec ad ſe hoſtem dei venire patiat. Hec ibi.

IX Utꝝ celebrans debeat ſtare capite diſcooperto.

Sol. Sic: vt habet de ꝯſe. di. j. c. null⁹: Niſi occurrat rationabilis cauſa cooperiendi. Un̄ ſi q̃s abſq̃ tali cauſa ſtet coopert⁹: grauit peccat: vt habet ex eodem capitulo.

X Cū q̃ debeat fieri ablutio p⁹ ſumptionē ſanguis.

Sol. Cum vino: vt habet in. c. ex parte de cele. miſ. Cuius ratio inferius vltimo capitulo reddet.

XI Utꝝ ſacerdos poſt miſſam inceptam licite poſſit deſiſtere: officiū nō perficiendo.

Sol. Nō pōt: niſi occurrat aliqua rationabilis et ſufficiens cauſa.

XII Quid agendū ſi ſacerdos poſt miſſam inceptam moriat: vel in talē infirmitatē aut debilitatē incidat: vt nō poſſit perficere.

Sol. Si aliquod iſtoꝝ cōtingat ante cōſecrationē: nō eſt neceſſariū ꝙ miſſa p aliū pficiat: poteſt tamē fieri ſi aſſit alius ſacerdos diſpoſit⁹. Et ille incipiat vbi prior dimiſit: quod ſi neſciat: poteſt incipere a pncipio. Si v̾o aliquod p̃dictoꝝ contingat poſt cōſecrationē corporis et ante ꝯſecrationē ſanguinis: vel poſt cōſecrationē vtriuſq̃: tūc debet ſuppleri et pfici miſſa p aliū diſpoſitū.

Si autē cōtingat hoc in ꝓlatione verboꝝ cōſecrationis corporis: verbis iam in parte ꝓnunciatis: ſimilit perficiat per aliū: q̃ incipiat ibi. Qui pridie. Et ſi illud cōtingat in cōſecratione

ſanguinis: icipiat ibi. Simili modo. Sic etiā agendū videt cum dubitat: vtꝝ prioꝛ ſacerdos inceperit verba cōſecrationis ꝓferre: et nō perfecerit. Nec reputandū eſt tunc fieri iterationem. Quia nō intelligit iteratū: quod ambigitur eſſe factū.

XIII Quid agendum ſi celebꝛanti ſanguis per nares erumpat: vel fluere incipiat.

Dubiū

Sol. Pauſare debet reclinando vel ſedendo: donec flux⁹ ceſſet. Cauere autē debet ne veſtes vel aliqua ſacra per ſanguinē coinqnent: recipiēdo illum vel in aliquo vaſe vel pāniculo ꝓut diſcretioni ſue melius cōuenire videt. Si autē ille flux⁹ reſtrīgi nō poſſet: neqꝫ ſacerdos officiū ꝑficere: tūc agendū eſt vt in caſu dubij ꝑcedētis.

XIIII. Quid ſi ſacerdos omittat aliqd vl' aliqua de dicendis vel agendis in miſſa.

Sol. Si obſeruet ea q̄ neceſſario ad cōſecrationē reqrunt: cōſecrat: ſed tamē grauit peccat ſi ſcienter omittat aliqd notabile ex inſtitutione vel cōſuetudine eccl'ie ad hoc officiū requiſitum: vtputa miſſe introitū: Epiſtolā: Euāgelium: vel aliud huiuſmodi. Si autē aliqd modice reputationis: vel ex negligentia aliqd omittat: min⁹ peccat. Diligentiſſime tñ cauere debet ne ꝯtingat.

Ar. III. Reſoluens IIII dubia que occurrūt circa dicēda: agēda: et cauenda poſt miſſe celebrationē.

Dubiū I Utrꝫ aliq̄ ſpecialit' ſint dicēda p⁹ miſſe celebꝛatōēꝫ.

Sol. Sic: pmo namqꝫ ⁊ ante omnia: dicende ſunt coꝛde et oꝛe: debite et deuote gratiaꝝ actiōes. Cuꝫ eñ vt et ipſe celebꝛans in pꝛefatione ꝓteſtatur dignum et iuſtum ſit atqꝫ equum et ſalutare: vt ſemꝑ et vbiqꝫ dño gratie agant: q2 ī nullo loco vel tempoꝛe nobis beneficia ſua clement' largiri ceſſat: digniſſimū: iuſtiſſimū ⁊ equiſſimū ē: vt hoc fiat poſt hui⁹ beneficij ꝑceptionē: et tanto diligēti⁹ atqꝫ deuoti⁹: q̄nto inter oīa beneficia

hominibꝰ a deo collata : illud vnū de maximis
habet. Non ſolū autē ideo gratias agere de/
bet celebrās ne ꝓpter ingratitudinē de tāto be/
neficio grauiꝰ iudicet a domino: ſed et vt de ta
li gratias debitas exhibēs: potioꝝ beneficiorū
dignꝰ efficiat: et p̄cipue: vt ad craſtinā celebra/
tionē: vel ſaltē ſpiritualē iſtiꝰ ſacramenti ſump/
tionē ad quā ſemꝑ tenet eſſe diſpoſitꝰ: prepara/
tior reddat. Semꝑ enī celebratio p̄cedens: diſ/
poſitio ac preparatio eſſe debet ad ſequentem.
Magis aūt attēdēda ē in hmōi gratiaꝝ actōe
feruida cordis deuotio: q̄ꝫ ꝓlixa labioꝝ oratio.

II Utꝝ pꝰ celebratōeꝫ aliq̄ etiā ſinglarit ſint agēda.

Sol. Sic: debet enī is qui celebrauit in omnibꝰ timo
rate: virtuoſe et exemplariter ſe habere: et in bo
nis occupationibꝰ exercitijſqꝫ ſalutaribꝰ cōſola
tionē et delectationē querere: vt in meditando:
pſallendo: orando: ſtudendo: ſcribendo: legen/
do: docendo: et horas canonicas debite perſol/
uendo. Ita vt et diabolꝰ nūqꝫ eum ocioſum in/
ueniat: et ad futura dona paratior fiat.

III Que ſint ſacerdoti poſt celebrationē cauenda.

Sol. Maxime cohibēda eſt lingua: ne loquat leuia:
dubiū
inutilia: ſcurrilia vel doloſa verba. Sic etiā vi/
ſus: ne videat vana. Et ſuo modo ſenſus ceteri
ſunt cuſtodiēdi: p̄cipue etiā crapula et ebrietas
fugiēda: ioci ⁊ ludi vitādi. Et vt hec facilius
fieri poſſint: ſtudendū eſt: vt dicit beatꝰ Gregꝰ:
vt ſemꝑ animꝰ in ſuo pondore et vigore ſeruet:
ne poſtea eum fluxa cogitatio diſſoluat: ne va/
na leticia mentē ſubrepat: et lucrū cōpunctiōis
anima ꝑ incuriā fluxe cogitatiōis perdat.

IIII Utꝝ ſtatim poſt miſſe celebrationē: ſit comeden/
dum vel bibendū.

Sol. De iure nō debet fieri. Unde in canone: tribus.
de cōſe. di. ij. dicit: Si mane dñica portio edit:
vſqꝫ ad ſextā ieiunēt miniſtri qui eā ſumpſerūt.

Et ſi tertia vel quarta hora acceperit: ieiunent vſq; ad veſperas. Sed de ↄſuetudine hoc ius nõ ſeruat̃: ꝓpter reuerentiã tñ tãti ſacramenti: dignũ eſt vt a cibo et potu abſtineat̃ donec de/bite gratiarꝫactiones ſint reddite: et ita etiã in/terea ſpecies ſacramentales veriſimiliter exiſti/ment̃ corrupte.

## Capitulũ VII de dubijs occurrentib⁹ cir ca materiã ad cõſecrandũ aptam: videlicet panẽ ꝛ vinũ: VI cõtinet articulos.

Arti. I. Reſoluens ſex dubia que incidunt circa panẽ cõſecrã/dum ſiue hoſtiam anteq̃ cõſecretur.

I Quis et qualis debeat eſſe panis: vt cõſecrari et ex eo cõfici poſſit corp⁹ chriſti.

Dub. Sol. Debet eſſe tritice⁹: aqua naturali cõfect⁹: ꝛ azy/mus: id eſt nõ fermentat⁹.

II Quid agendũ: ſi ſacerdos percipiat panẽ nõ eẽ triticeũ: vel alia aqua q̃ naturali cõfectum: aut fermentatũ.

Sol. Si aliq̃d iſtoꝝ percipiat añ ĩceptionẽ canonis: panẽ illũ remoueat: et aptũ apponat. Et ſine ali cui⁹ repetitione ꝓcedat. Si poſt inceptionem canonis et ante verba cõſecrationis: remoueat vt ſupra: et canonẽ reincipiat: hoc videt̃ tuti⁹ ꝛ cõuenientius. Si poſt verba cõſecratiõis pa/nis: ꝛ ſiue ante ſiue poſt ↄſecrationem ſanguis: ante tamen ſumptionẽ panis: remoueat̃ ille pa/nis: et recipiat̃ aptus: atq; conſecret̃: vt ſupra. Panis xo ſupra quẽ ꝓlata ſunt verba cõſecra/tionis: reuerenter tractet̃: et ſumat̃ a celebrãte poſt ſumptionem ſanguinis vel a miniſtrante.

Si p⁹ ſumptionẽ illi⁹ panis et ante ſumptio/nem ſanguinis: recipiat̃ de nouo panis aptus: et cõſecret̃: vt ſupra: atq; ſumat̃: nõ obſtante q̃ ieiuniũ ſit ſolutũ per ſumptionẽ panis non cõſe crati: q: p̃ceptũ de perfectione hui⁹ ſacramenti